

Red

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

P I I
INTER PIAS LACRIMAS
PLAVSVS,

ILLAE MANIBVS
AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
D O M I N I

FRIDERICI WILHELMI,

REGIS BORVSSIAE, MARGGRAVII BRANDENBVRGICI,
S. ROM. IMP ARCHICAMERARII ET ELECTORIS, RELIQUA,
GLORIOSISSIMAE MEMORIAE;

H I
FAVSTIS REGNI AVSPICIIS
AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
D O M I N I

F R I D E R I C I I I.

REGIS BORVSSIAE, MARGGRAVII BRANDENBVRGICI,
S. ROM. IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS, SVPREMI PRINCIPIS
ARAVSIONENSIS, AC NEOCASTRENSIS, DVCS GELDRIAE, MAGDEBVRGI, CLIVIAE,
IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM, VINIDORVM, MECKLENBVRGI,
ET IN SILESIA CROSNAE, BVRGGRAVII NORIMBERGENSIS, PRINCIPIS HALBERSTADII, MIN-
DAE, CAMINI, VANDALIAE, SVNERINI, RACEBVRGI, FRISIAE ORIENTALIS ET MEVRSAE, COMI-
TIS HOHENZOLLERAE, RVPINI, MARCAE, RAVENSPERGI, HOHENSTEINI, TECKLENBVRGI,
LINGAE, SVNERINI, BVHRAE ET LEERDAMI, MARCHIONIS VEHRAE ET VLISSINGAE,
DYNASTAE IN RAVENSTEIN, TERRISQVE ROSTOCHII ET STARGARDIAE,
IN LAVENBVRG, BYTOVIA, ARLAY ET BREDa, CETERA,

REGIS AC DOMINI NOSTRI MVLTO CLEMENTISSIMI,
AB ORPHANOTROPHEO HALENSI,
EIVSQVE INPRIMIS SCHOLA LATINA,

PIE DICATI:
ACCEDIT PAGINA
NOMINA ALIQVOT ALVMNORVM EIVSDEM ORPHANATROPHEI EXHIBENS,

QVI
ET DEFVNCTI REGIS MEMORIAM,
ET
AVGVSTISSIMI SVCCESSORIS
FELICISSIMA AVSPICIA,
ORATIONIBVS SCHOLASTICIS

DIE VIII. IVLII MDCCCXL.
HOR. 9. - 12.
CELEBRABVNT,
QVOS VT PRAESENTIA SVA EXCITARE VELINT
LITTERARVM PATRONI
MAGNOPERE ROGANTVR.

HALAE SALICAE,
LITTERIS IOAN. FRIDR. GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

INTER PLAS SACRIMAS

PLASTIS

ILLAR MANABVS

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

FRIEDERICI VII BELMI

REGIS BOHEMIE MARCGRAVI BRANDENBURGICI

2 NOV 1711

GLORIOSISSIMAE MEMORIAE

IN

CAUSIS REGNI AUSTRIAE

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

FRIEDERICI VII

REGIS BOHEMIE MARCGRAVI BRANDENBURGICI

2 NOV 1711

GLORIOSISSIMAE MEMORIAE

IN

CAUSIS REGNI AUSTRIAE

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

FRIEDERICI VII

REGIS BOHEMIE MARCGRAVI BRANDENBURGICI

2 NOV 1711

GLORIOSISSIMAE MEMORIAE

IN

CAUSIS REGNI AUSTRIAE


AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

FRIEDERICI VII

REGIS BOHEMIE MARCGRAVI BRANDENBURGICI





Ergo infuscatas aquilas ac lurida luctu
 Signa vides, & tu, gelidis quam Pregelata
 lambit

Prussia aquis, & quæ trifti contermina Rheno
 Ploras terra? Hæc, hæc summæ sententia menti
 Nam stetit! Ergo fugax immensum fama per orbem
TE, FRIDERICE WILHELME, refert, **TE,**
MAXIME REGVM,
 Sola mortales strepitus inuifere fama
 Nominis: at curis rerum succedere NATVM
 Ingentem: de quo nostra haud dicenda camœna
 Et sperent terræ, & mittant ad sidera vota.
 ILLE quidem, dum TV celfus rumore secundo
 Alta petes, factisque TVIS & laudibus, orbem

) (3

Dum

Dum sol lustrabit, viues, feliciter almæ
Rex erit atque Pater Patriæ, quem mitis ab alto
Ipse Deus terris patrem demisit Olympo.
Ille Deus nobis tot per labentia sæcla
Sceptringeros regesque dedit, qui munera pacis
Ciuiibus, at metuenda superbis hostibus arma
Gestarent. Video lætantes vndique terras:
Dumque aliæ gentes ferrum & tormenta tremiscunt
Martia, dumque agros non iam felicitis aratri
Pondera fausta secant, sed belli pallida pestis
Implet, descendunt terrarum ad viscera fossæ,
Germano & toties turbatur sanguine Rhenus;
Nos pax mitis habet: non hic spectare ruinas
Aut castella datur disiecta, vrbesque recenti
Sanguine fumantes. Præclara his adde tropæa,
Quæ, dum gens fedet, & vasti penetralia regni
Tuta silent, magni diuerso ex orbe reportant
Rectores. Illis succumbit Prussia flexo
Læta genu, terræ &, Viadri quas ostia magna
Mole secant, & quas geminis Rhenusque Visurgisque
Ambit aquis gentes, illorum & nostra sub umbra
Patria tuta latet. Pingues quid sanguine campos
Varsoviæ memorem? Rhenumque Istrumque cruore
Infectum hostili, bis te, Stralsundia, nostra

De

Deiſtam intremuiſſe manu; titulisque ſuperbis
Acceſſiſſe etiam Romam, caput orbis, & ipſum
Pontificem, cum Boruſſi Tiberina fluenta
Gueſtarent? Iam TV quantus, mortalia regna
Qui ponis! quantus curis! quantusque labore!
Non TIBI deliciae cordi, non mollia ſtrata,
Traſtiſque in lucem ſomni. TIBI publica cura
Verſabatque animos, vrgebatque ardua corda.
Indulſere alii genio, qui ſceptra decusque
Imperii geſſere, humili diademata luxu
Foedantes: rerum ſummam tranſmiſit amicis
Sardanapalus, & exegit muliebribus æuum
In caſtris; alius clauſtra & firmamina regni
Proiecit, fama, patriæ, populique, ſenatusque
Oblitus: TV bella animo pacemque gerebas
Auguſto, tantisque humeris excepta ſedebat
Patria. TV, faciem cum prima Aurora decoram
Fluctibus extulerat, TV cum nox humida terris
Ingrueret, celeres oculos curasque ſequaces
Huc atque huc voluens, regni in ſtatione micabas.
Non aliter quam qui vaſtam inperterritus vndam
Haud Auſtri ſecat ignarus Palinurus, & omnes
Proſpectat ſtellas, fluctus circumſpicit omnes,
Signat ſaxa oculiſ, ſera nec nocte recedens,

Ipse gubernaculis hæret, somnosque fugaces
Non nisi subtrato rapit, anxius omnia, clauo.
Ergo crescebas opibus, cursuque secundo
Turbida transnabas. TVA quum vix dextera sceptrum
Cepisset, bellum componis, & inclitus armis
Porrigit inuictam felici foedere dextram.
Iamque eadem TE cura trahit, tristissima bella,
Quæ Boream vexant, æterna condere pace.
Abnuit at Carolus, iam Suecus onusta triumphis
In TE tela quatit: quorum TV in bella coactus
Descendis, regemque ipsum, quem pontus & agger
Defendunt, vitæ quem miles prodigus, omnis
Quem ciuis iuuat, & bellis exercita virtus,
Exturbas vallo, scandis per diruta victor
Mœnia, quæ primus mortali peruia ferro
Fecit AVVS. Reuocas pacem, iam pugna quiescit:
Aeterna recipis pactorum lege Sedinum.
Otia post armata foues, ac tempore pacis
Belli præsidium, firmatis robora rebus
Tuta paras. Surgunt castella, adgestaque terra
Cogitur in vallum: campi mirantur, inertes
Ante, nouum virtutis opus: bello aptaiuuentus
Armis in duris teritur, tractareque discunt
Tela viri. TIBI cura TVAE quoque pectora gentis

Rel-

Relligione Dei, magni formidine Iouæ
Imbuere, ad sancti & perducere vulnera Iesu.
Præcipis hinc: quærant, quibus hæc negotia reges
Credere consuerunt, vera pietate decoros
Cura ardente viros, illos (procul esse profani
Nam debent) iubeant oracula promere sancti
Numinis. Ast alios, patriis quos egerat ira
Extorres Romana agris, qui ne impia Romæ
Ferrent imperia, omne nefas atque omne tulerunt:
Exilium, recipis, dextramque iacentibus almam
Porrigis. Ergo TVIS pendens ex nutibus agmen
TEque petit, gremiumque TVVM, finemque laborum:
Turba ipsi miseranda hosti, cumulataque luctu;
Matres atque senes, & vix dum incedere sueti
Post fletus primos pueri, lacrimabile vulgus:
Quot folia in filuis primæ sub frigora brumæ
Lapsa fluunt, queis iam color ac sua vita recessit.
In TE conuertunt oculos, tot millia sedes
Exquirunt adflicta TVAS: quotque ora gementum,
Quot linguæ, totidem pro TE flagrantia vota
Cum lacrimis mittunt. Sed quid, REX MAXIME, manes
Sollicitamus, & heu toties mœsto ore ciemus?
Sit TIBI terra leuis, placide composita quiescant
Ossa TIBI: SALVE nobis, REX MAGNE, VALEque!

Hoc permittite tamen: supremum rebus honorem
Nos tantis, MAGNAEQUE VMBRAE lugubria verba,
(Exigua illa quidem, nostro sed debita PATRI)
Officium extremum moesta pietate paramus.
Namque humiles Musæ & subsellia parua scholarum
Quamuis vix deceant Regem, nostræque Camœnæ
Inter tot grandes luctus, horrentiaque arma
Heu! fata concussa TVO, cum horrore vagentur
Exiles: tamen ALME PATER, cui patria curæ
Olim erat, haud nostræ pietatis munera spernes.
Nec cum mortali in folio, REX MAGNE, federes,
Spreuisti curas tenues, nostrasque fauore
Fouisti que scholas atque incrementa dedisti.
Non, illis quamquam miseri atque parentibus orbi
Indiderant nomen, patriæ caruere parente.
Ergo nec tumulo indecores sumus, ardua nostri,
Nostri etiam gemitus, O REX, TVA busta rigabunt.
Iamque VALE: nam nunc lætas quoque promere voces
Gratarique decet: REGEM TVA sceptrâ gerentem
Excipimus plausu & votis fremituque secundo.

TV nobis, FRIDERICE, pater (nec nomina

PATRIS

TV spernis PATRIAE) TE, si quid vota precesque,

Si

Si lacrimæ gemitusque valent, cumulabimus omni
Nos etiam, pia turba, bono. Nos mitia REGIS
Soluunt imperia in lacrimas, ciuilib & alto
In folio splendor. Noſtram indulgentia mentem,
REX, TVA iam celebrata rapit: viden' iſta tropæa?
Parua, O REX, equidem ſi ſaxa aut moenia ſpectes
Perrupta, imbutos aut multo ſanguine campos:
Magna tamen, magnis longe & maiora triumphis.
Non, O REX, igitur ſæuos ac dira gementes
Deuicisti hoſtes: ciues TVA gratia vicit,
Deuicit mentes, quas nec tormenta nec ignis
Exſuperant, non vndæ omnes, non fulmina cogunt
Imperiis, non regna ducum, non horrida bella,
Nec vis vlla docet victas parto ire triumpho,
Nec mors ipſa domat. TVA nos prouincia, ciues,
Et ſumus atque erimus, valde gaudemus & eſſe.
Hi TIBI, REX, tituli, hunc TVA geſtant, fercula
verſum:
REX VENIT, VIDIT PATRIAM, VICIT-
QUE VOLENTEM
IN DVLCES LACRIMAS. Ergo tibi plaudimus omnes:
Paruuli &, ah liceat, ſtrepitus, quos artium alumni
Indocto quamuis ore, at non pectore vano
Edunt, te reſonant; interque nitentia gemmis,

Purpu-

Purpureosque choros, & celsa palatia plausu
Magnifico celebrata ducum, postesque superbos,
En! etiam adrepat tibi Musa scholastica paruo,
REX, nifu. TV, seu patriam florente fouere
Pace voles, seu, quum res poscet, ad horrida bella
Agmina fulmineus rapies, notescere regi
Hæc cupit, adspiratque ad cara palatia PATRIS.
Hanc mitis foueas, excellam huc huc quoque mentem
Demittas. Soboles hic hic, AVGVSTE, benigno
Crescit parua PATRI; tum se putat esse beatam,
Si seruire TIBI, patriæ si commoda quondam
Ipsa manu possit tenera, exiguoque iuuare
Conatu. Hæc ad TE, REGVM MITISSIME, patrem
Confugit, & fluxis ex TE solatia rebus
Quærit: TEque rogat, per tot negotia regni
Aspera, curarum & nubes, miracula vastæ
Europæ, huc oculos ad nostra vmbracula flectas.
Sic PRIMI FRIDERICI & opus, FRIDERICE
SECVNDE,
TV quoque prospicias animoque oculoque secundo.

TV vero, Deus omnipotens, quo rege geruntur
Imperia, ex alto qui nostras prospicis vrbes

Et

Et terras, ipsum & deducis ad ardua REGEM
Sceptra ac purpureas sedes: TVA numina regnum
Confirmant! Vtinam sub TE, Deus alte, magistro
REX gerat imperium, sanctæque adflatibus auræ,
Diuino quæ læta throno sine finibus exit,
Maeste fit, o! vigeatque TIBI, TE TE duce viuat!
Sit felix vtinam! nec sæua laceßere bella
Eius regna queant. Tamen hæc, si quis furor, hostis
Aut rabidus moueat, frendentes fulmine gentes
Discutiat. Nobis vtinam, rex maxime Olympi,
HVNC, qui pro TE regna regit, per sæcla nepotum
Conserues, nec ad astra finas adscendere, quam quum
Nestoris albescat mitis sapientia crine.
Ast etiam spreto regno, abiectaque corona
Mortali, æthereæ quum se inferet arduus aulae,
Gens eadem nobis reges regumque nepotes
Vsque sub extremi det fera incendia mundi.
Regia, quæ sceptrum sæuis tenet vnguibus ales
Atque orbem domitum, regnet, sceptroque perenni
Vincendis pergat victrix insiltere terris.



CONSPECTVS ORATIONVM.

IVSTVS CHRISTIANVS STAPPENIVS, Halensis, ex ordine II. super. de officio scholasticæ iuuentutis, memoriam PRINCIPVM defunctorum grato animo recolendi, proque salute & felicitate IMPERANTIVM vota faciendi præfatus, reliquis commilitonibus auditorum benevolentiam conciliare studebit carmine Germanico.

I. CHRISTIANVS LVDOVICVS ROSE, Berolinensis, ordinis primi ciuis, de incrementis regni Boruffici, virtute & felicitate AVGVSTISSIMI REGIS, FRIDERICI WILHELMI, GLORIOSISSIMAE MEMORIAE, dicet oratione latina.

II. IOANNES GOTTLIEB TOELLNER, Charlottenburgo-Mesomarchicus, ordinis I. alumnus, de ingentibus AVGVSTISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI WILHELMI in rem religionemque Protestantium meritis aget oratione Gallica.

III. IOANNES ROSE, Neoruppino-Mesomarchicus, classis selectæ ciuis, de patrocinio, litteris bonisque artibus a pluribus PRINCIPIBVS POTENTISSIMAE DOMVS BRANDENBVRGICAE indulto, in AVGVSTISSIMO POTENTISSIMOQUE PRINCIPE FRIDERICO II. REGE NOSTRO indulgentissimo exsplendescente, dicet carmine heroico.

CAROLVS GVILIELMVS RAMLER, Colberga-Pomeranus, ex ordine II. infer. AVGVSTISSIMO REGI NOSTRO FRIDERICO II. auspiciousissima regni initia gratulatus, fausta-que omnia a DEO adprecatus, indulgentiæ eius musas nostras institutaque omnia Glaucha-Halensia debita animi submissione commendabit, & auditores cum gratiarum actione dimittet, carmine Germanico.



78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



56.

1077

RHD



PII
INTER PIAS LACRIMAS
PLAVSVS,

ILLAE MANIBVS

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI

FRIDERICI WILHELMI,

REGIS BORVSSIAE, MARGGRAVII BRANDENBVRGICI,
S. ROM. IMP ARCHICAMERARII ET ELECTORIS, RELIQUA,
GLORIOSISSIMAE MEMORIAE;

HI

VSTIS REGNI AVSPICIIS

AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI

FRIDERICI II.

AE, MARGGRAVII BRANDENBVRGICI,
ICAMERARII ET ELECTORIS, SVPREMI PRINCIPIS
EOCASTRENSIS, DVCIS GELDRIAE, MAGDEBVRGI, CLIVIAE,
INI, POMERANIAE, CASSVBIORVM, VINIDORVM, MECKLENBVRGI,
BVRGGRAVII NORIMBERGENSIS, PRINCIPIS HALBERSTADII, MIN-
SVERINI, RACEBVRGI, FRISIAE ORIENTALIS ET MEVRSAE, COMI-
VPINI, MARCAE, RAVENSPERGI, HOHENSTEINI, TECKLENBVRGI,
HRAE ET LEERDAMI, MARCHIONIS VEHRAE ET VLISSINGAE,
AVENSTEIN, TERRISQVE ROSTOCHII ET STARGARDIAE,
ENBVRG, BYTOVIA, ARLAY ET BREDIA, CETERA,

NI NOSTRI MVLTO CLEMENTISSIMI
PHANOTROPHEO HALENSI,
SQVE INPRIMIS SCHOLA LATINA,

PIE DICATI:

ACCEDIT PAGINA

ALVMNORVM EIVSDEM ORPHANOTROPHEI EXHIBENS,

QVI

EFVNCTI REGIS MEMORIAM,

ET

TISSIMI SVCCESSORIS
FELICISSIMA AVSPICIA,
TIONIBVS SCHOLASTICIS

DIE VIII. IVLII MDCCCL.

HOR. 9. - 12.

CELEBRABVNT,


PRAESENTIA SVA EXCITARE VELINT

LITTERARVM PATRONI

MAGNOPERE ROGANTVR.

HALAE SALICAE,

LITTERIS IOAN. FRIDR. GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.



Farbkarte #13

B.G.

